



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Coloniensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](#)

COLONIENSIA.

441

Francorum notabiliter amplificauit, & per annos
XLVI. feliciter rexit. Obiit anno ætat. LXXII.
i. Kal. Febr. anno DCCC. XIV.

CIACCONIUS IN VITIS PONTI- ficium tale ponit.

MAGNI CAROLI Regis Christianiss. Roma-
torumq; Imperatoris corpus, hoc sepulchro con-
ditum iacet.



COLONIENSIA.

IN COLONIAM AGRIPPINAM IVL. CAES. SCALIGER.

Maxima cognati regina Colonia Rheni,
Hoc te etiam titulo Musa superba canit.
Romanistatuum: habitat Germania: terra est
Belgica: ter felix. Nil tibi diua deest.

IN AEDE CATHEDRALI.

DEO OMNIPOTENTI,

Maioribus suis, propatruis, patruis, fratrique dul-
ciss. amoris & pietatis ergo hic in fide resurrectionis
quiescentibus, REINHARDVS ex Baronibus
Westenburgh, & Comitibus in Leinigen, huius
collegij clarissimi Decanus, monumentum hoc le-
ctor posuit, in quo &c se fatali lege solutum com-
poni viuuus constituit. Mortuus est anno M. D. XLI.
XVI. Iulij, ætat. suæ XLVIII.

B e s

I B I-

IBIDEM.

ARNOLDI VVESALIENSIS CANONICI.
*Quisquis es, in requiem si vis intrare beatam,
 Atq; ita cum Christo perpetue pace frui:
 Verba Dei auscultes, eademq; sequari oportet,
 Ergo dum datur hic viuere, disce mori.
 Transitus ad vitam mors est, si credis in illum,
 Qui mortem nostri captus amore tulerit.*

Obiit anno Christi M.D.XXXIV.

IBIDEM.

PROPE SACELLVM TRIVM REGVM.
*Viator hoc quisquis precaturus venis,
 Subsistē paulum quāso, paucis te volo.
 Saxon sub hoc quod iuxta substratum vides,
 Illustrum cineres Virorum vrnā occulit,
 Quos SE I N A, stirps virtutibus claros tulit,
 Honoribusq; auctos supremo in culmine,
 Sacra ad huius GO DEF RIDV S hic prus;
 Alterq; IOANNES sua gentis decus:
 Ambo, sed exteris perinde ac patria
 Bonisq; certatim omnibus carissimi:
 Quos sauiens superba fatorum manus
 Durum subire compulit mortis iugum.
 Ergo pios Manes pijs votis iugans
 Hospes legens hac, quisquis es, debinet VALE.*

IBIDEM.

DEO TRINO ET VNL.
 Reuerendo Principi, Illustrissimo Heroi ac D.
 D. Friderico, Saxoniae Duci, Metropolitani
 S. Geronis Colonensi, Argent. & Bremensi. Eccles.
 sium

farum respectiuè Choriepiscopo, Canonicò, Thesaurario, & Præposito, Ecclesiæ, ditionisque Coloniensis Truxesiano bello afflita, acerrimo, cum vita fortunarumque discrimine defensori, oppidorum ac arcium recuperatori strenuo, firma in Christum fide, primo iuuentæ decursu, religiosè mortuo, Mauritius Saxonæ, Angariæ, & VVestphaliz Dux, in perpetuam amicitię fraternæ nunquam violatæ, Monumentum fratri ære suo mestissimus pos. Mortuus Agrippinæ Coloniae M. D. LXXXVI. die XI. Mens. Decemb. Vixit annos XXXII. Mens. III. dies VII.

Colonia, in Choro Ecclesiæ Metropolitane.

D. O. M.

Ad memoriam Reuer, & Magnifici viri D. IOANNIS VVALSCHARTZ Tungren. SS. Theol. Doctoris, ac Metropol. Eccles. Colon. & D. Cecili Presbyteri Canon. trium portionum, pro 3. studiosis perpetuo alendis, & missæ quotidianæ hoc in loco fundatoris, hic ad æneum à ie erectum & dotatum Candelabrum sepulti, Executores ex erelicto m̄grentes, & salutem animæ precantes pp. Anno Domini. CIO. IO. LXXXVII. Obijt an M. D. XCVI. Orate pro eo.

IBIDEM.

DEO OPT. MAX. TRINO ET VNI
Ob memoriam sacratissimæ Incarnationis Christi Saluatoris, & honorem SSS. Regum Ecclesiæ & Urbis Colonien. Patronorū Reuer. in Christo Patri ac D. D. Ioanni Nopelio Lippiensi, S. Theologie Doctori, Episcopo Cyrenensi, Reuerend. ac Serenissimi Principis & Dñi D. Ernesti Archiepiscopi

copi Colonien. Principis Electoris in Pontificale
bus Vicario & Suffraganeo, huius ædis Metropoli-
tanæ Canonic. Presbyt. & Parochialis ad S. Co-
lumbam Pastori vigilantisimo, Anno post Christi
Natum M. D C. V. VIII. Id. Ianuarij, qui dies illi na-
tal is & fatalis fuit, Cum L V II. ætatis expleuisse
annum, pientissime defuncto, ad introitum hanc
Sacelli, inxta suum Patrum eiusdem nominis, ge-
neris, ordinis, ac dignitatis, sepulco, amici Execu-
tores, Amoris, & obseruantiae, in illum suæ testan-
dæ causa mœsti posuerunt. Quo tu Christiane La-
tor pro ipsius anima precari memor essem.

Ibidem iuxta tombam Trium Regum.

IN COLLEGIATA S. SEVERINI
COLONIENSIS.

Ne intres in Iudicium cum seruo tuo Domine.

Epitaphium Reverendi Clarissimi & Memori-
bili pietate Doctrinaque spectabilis viri, Domini
GEORGII TISCHII VVirtzburgici I. V. Do-
ctoris huius insignis Collegij Decani & Canonici,
adhæc Sigilliferi Primarij, & Reverendissimil-
lustrissimique Principis D. D. Ioannis Gebhardi
Archiepiscopi Colonien. Consiliarij. Obiit anno
Dominii 1568. die Sabbathi, 22. Mensis Maii. Anno
verò ætatis suæ 57. ex ærumnoso Mundanæ per-
grinationis Euripo in portum cœlestis patriæ reno-
cati, cuius Corpus ut potè terrenum huic terre redi-
tum est.

I. CORINTH. 15.

Sicut in Adam omnes moriuntur, Ita & in Chri-
sto omnes vivificabuntur.

Tew

COLONIENSIA.

445

Venerande gemit Republica tota GEORGI
TISCHI que VVirtz purgh yrbs opulentatulis.
Consilijs est aucta tuis Ecclesia sape,
Consilijs res est publica claratuis.
ted quid plangamus? Corpus iam pace potitur
In paradisiaca spiritus arce nictat.

IBIDEM.

EXECVTORES HOC EPITAPHIVM
POSVERE

Reverendo, & eximio Domino CONRADO
WIPPERMAN VVidebruggensi, S.Theologiz
Licentiatu, huius Ecclesiaz Canonico & Decano
vigilantissimo, qui post multos magnanime sem-
per exantlatos labores, & post Iubileum honori-
ficè celebratum, pie obiit in Domino anno 1605.
die 3. Ianuarij.

IBIDEM.

Sille sigILLifer hic siltv s est LVDgerVs He-
resbach,

Vlr saCer Vt VIXit fVnDe preCes & abi.

IAC. B. D. auun. POS.

Ludgero Heresbachio Agripp. I.C. Ecclesiæ hu-
ius seniori Canonico, Iubilario & Scholastico, Ar-
chiep. Curiaz Colonien. Sigillif. maiori tam de
hac, quam Vniuersa Colon. Ecclesia optimè meri-
to, cum post strenuam pro disciplina, Moribus lu-
risdictione, ipsaque seruanda libertate Ecclesiasti-
ca, tribus ex ordine Archiepis. Principibus Elect.
Annis ferè 40. constantissimè Nauatam operam
finem & vitæ & laboribus imposuisset, benefacto-
ri hæredes pp. Obiit anno Domini M. D C V.
XIV. Calend. Nouemb. ætatis LXXIII.

IN

IN COLLEGIATA ECCLESIA
S. CVNIBERTI.

MEMORIAE IOANNIS FITZERI.

Hesses st̄a paullum, quod deico pellege, quous
Ossua s̄ont isteic maiſtisima confita, raptom
Veit & eius moltum doct̄a fleuere camana.
Heic tuam erodit̄ Pres̄es Montane iuuentam,
Et Sacra Th̄eologia nactus diademata clerom,
Atq; gregem, Cuniberte, tuum rexit, docuitq;
Sceitus erat, nunquam leuis, aut malu' doct̄u', fidelis,
Commodu', Iouſtitia custos, ambitor honesti.
Ingenium, quai nulla malum ſententia ſuauit.
Sarcophago hoc illum Collaḡa depoferunt.
Mens diuōm endo domu perpes laitatur in ehom.
Thomanæ exequias memores iuere camana
Carminis has olli, hoc v̄lui, n̄e neſcius eſſe.

Pos. Io. Chel. K.

AD GRADVS B. MARIAE.

D. PETRO CLAPIS, alias BREITSTAIN,
Iurium Doctori & Professori ordinario famige-
ratissimo, insigni natalium ſtemmate ex ciuitate
Nouarię Italiæ oriūdo, huiusq; facelli S. Trinitatis
crectori, bonę partis pecunie ijs qui Cantico pa-
fionis Domini, quod TENEbrae vocitant, feria
vi. interſunt dandæ, atq; ſtipis ſingulis diebus Do-
minicis in hac Ecclesia pauperibus quibusdā cro-
gandæ, Fundatori præcipuo, grata posteritas hoc
ſtatuit monumentum, qui obdormiuit in Christo
Domino anno à Natiuitate eiusdē M. D. L. D. xv.
A. Septemb. in hac criptā ſepultus, cum uxore ſua

SILA à BONENBERG, quorum animæ in perpetua pace quiescant. AMEN.

AD LECTOREM.

Sic gradum, hac quo scripta legas, attende viator.
Exemplo simili mors comitata, beat.

IBIDEM.

Ioanni ab Hersfeldt VVerdensi, vita quondam
memoribus probatis, fide integra Domini Ioannis
Gebhardi Comitis Mansfeldensis Subdecani, in ædo
primaria vicem gerenti, Ludiger ab Hersfeldt
frater, memorie causa ex Testamento, cheu dolens,
seri curauit. Mortuus est morbo epidimiali, iuuen-
tus adhuc iam rum maioribus destinatus, quarto
circiter & trigesimo ætatis sue anno, tempore, quo
Carolus V. Imperator, Hesdino in Atrebatibus
recuperato dirutoque, Dorlacum extremo conatus
sequicquam tentabat, Gallo impediente.

VINCE AETERNUM COELITVS.

AD DEI OMNIPOTENTIS

Honorem, & M. Reuerend. D. Hermanni Fabricij
Stralsensis, S. Theol. D. & Professoris, Ecclesiarum
B. M. V. in Gradibus & Capitolio Canonici Pres-
byteri, Summo Academæ Colonien. Magistratu,
multis pro religione Catholica laboribus, vita de-
nique Anno M. D. LXXXIV. xxxii. Iunij defun-
cti & hic sepulti, suique memoriam Reuerend. D.
Godefridus Fabricius Stralsensis, eiusdem Ecclesiæ
B. M. V. in Gradibus Canonicus & Scholasticus,
S. Theol. Baccalaurius, eius germanus frater hoc
Monumentum pos. Anno M. D C. VII. xx. De-
cembr.

ALIVP.

ALIVD.

Vt TItana rVbrI sVbII pars altera CanCr;
HerMannVs ChrIstI præCo voCantIs obit.

AD B. BRIGITTAE IN CHORO.

D. O. M.

Viator quisquis es, siste gradum, quod scriptum
est lege; hoc is cuius causa scriptum, fieri rogat.

ANDREAS GAILIO Agrippinati, Philippi
F. Iurisconsulto toto orbe celeberrimo, antiquæ
virtutis & sapientiæ Viro, qui exquisitorum in Ju-
re Civili operum auctor, supremi Sacri Romani
Imperij tribunalis in Camera Spirensi Adsestor
annos XI. Maximiliani secundi VIII. Rudolphi
secunpi Impp. VII. aulicus Confiliarius & Re-
ferendarius. Multis laboribus & difficillimiis lo-
gationibus; Romæ politiæ conservanda causa
morbisque defatigatus, Anno salut. M.D.LXXXVII.
die xi. Decemb. ætat. LXI. vitam exercitam & la-
boriosam, placita tandem & quieta in Christum
pace mutauit. Anna Klawens I. & Christiana Kan-
nengiessera II. vxor. & heredes charissimo ac B.M.
coniugi gementes ac mœrentes pos. M.D.XC.

IN DIVI PAVLI PAROCHIALI
ECCLESIA.

D. O. M. A.

GERVVINVS CALENIVS Lippensis LL.
Licetiarus: sibi ac charissimè vxori suè SOPHIAE
BIRCKMANNAE, hoc monumentum posuit: qui
hic commune sepulchrum elegerunt, ut quos con-
jugalis charitas in vita arctissimo vinculo coniun-
xerat, in morte nō disiungeretur. In spe lœta resur-
rectio.

ditionis hic nouissimum diem exspectaturi. Inte-
rim piorum preces pro se sedulo exoptantes.

Vxor SOPHIA postquam cum Marito 30. annis
Matrimonio vnanimiter vixisset; primum naturæ
cedens, Anno 1589. die 2. Februarij, Animam Deo
reddidit à quo accepit. Cuius corpus saxum sub-
stratum tegit, anima Deo fruitur.

Anno 1600. die 14. Sept. GERWINVS CALE-
NIVS Maritus Coniugem sequens, in Domino ob-
dormiuit, & hic iuxta Vxorem ut viuens iussert,
sepultus est.

VALETE SUPERSTITES, MORTALITATIS
ET IUDICI DEI SEMPER MEMORES.

DVM DATVR HIC VIVERE DISCE MORI.

I B I D E M.

* D. M.

AC ARNOLDO MYLIO,
CIVI, TYPOGRAPHO, SENATORI
COLONIensi:
OPTIMO, CELEBERRIMO, INTEGERRIMO,
ET BARBARÆ BIRCKMANNÆ,
MATRONÆ HONESTISSIMÆ,
CONIVGIBVS INTIMIS, PARENTIBVS
BENE MERITIS:
HVIC XXIV. APRIL. ANN. CHR. CIC. I;
XCVI. ILLI XVII. NOVEMB. ANN.
CIC. IOC IV.

PIE DEFUNCTIS:

ARN. MARG. HERM.
MYLII, BIRCKMANNI, LIBERI
MERITO LVG. PP.

FF

PATREM

PATREM ANNO NEC DVM FINITO, SEQUVS
EST,
ARNOLDVS FILIVS,
QVEM HVC DEPOSITVM, LVGENT
SVPERSTITES.
OIIT VII. SEPTEMBR. ANN. CI. 1067.

IN COLLEGIATA S. ANDREAE.

EPITAPHIVM VENERAND. ET DO-
CTISS. VIRI CORNELII SCHVLTINGII
Steinvv: SS. Theol. Licent. huius Ec-
clesiae Canonici.

*Hac tibi CORNELIVM SCHVLTINGH
præsentat imago
Viuum, qua viuus conspiciendus erat.
Robore vastus erat, canus, vultuq; decorus,
Dotibus ingenij summus & oris erat.
Laurenti primum docuit, post rexit alumnos,
Hinc grauitas, illinc dulcor & oris erat.
Illud Apostolicæ, fecit hoc aedis aluminum
Andrea merito præmia digna viro.
Hac ubi pertæsus scriptis in claruit urbi
Quin orbi, ingenij dans monumenta sui.
Ossa sub hoc saxo latitant defossa sepulchro
Spiritus in calo carcere missus agit.*

*Vt LVX a xe po LI fort Is CasVra Georgi
CæLltVs à Chara Morte VoCatVs abest.*

Obiit ann. M. D C. IV. XX. April.

APVD

APVD SS. MACHABAEOS.
AD SOLIVS DEI GLORIAM,
ET AEDIS HVIVS PATRONORVM
bonorem, memoriam verd clariss. pro-
ximor. maiorum suorum.

Optimis ciuibus IOANNI BROELMANO
apud hanc Coloniam Claud. Aug. Agrippinen. An-
no post Chri. N. CIC. CCCC. XXCIIX. I. & an-
no XCII. II. COSS. Gertrudi Kolginæ coniugi-
bus proauis: Petro Broelmano Patric. Ord. Eli-
sabethæ Bratfischiaæ, coniugibus Auis? Petro
Broelmano patric. Ord. Elisabethæ Songinæ con-
iugibus, parentibus cariss. cum his sibi & coniu-
gi incomparabili Claræ Bachouïæ Ecthiæ, libe-
ris dulciss. posterisque fortis humanæ memor,
Anno post Christi Nat. CIC. IIC. VI. Stephanus
Broelmanus Agrippinensis I. C. in Academia pa-
tria per amplius quam x. annos Professor intra
numerum Ordinarius, & Canonum demum pri-
marius Augusta Vicaria Comitiua dignitate ade-
pta ponebat hunc apud suos cineribus quietis. LL.
dum ad eos æternum victuræ redeant animula:
precibus eas, quales optabis, tui non oblitus, adiu-
ta, quisquis postea legis.

AD PRAEDICATORES.

D. O. M. S.

MARIAE ECHERIAE BARTVICENSI Bel-
gæ, piæ, fidelis, Ioannis Baruicius matri B. M. POS.
Vixit annos plus minus LX.

Nafendo vt morimur, sic morte renascimur; ergo

Ad vitam, mater, mors tibi pandit iter.

Otto hyemes patria mecum ciuilia propter

Bella aberas, patria nunc fruere aetherea.

Ff 2

IB I.

COLONIENSIA.

452

IBIDEM.

GERARDI MATTHISII CANONICI, ET REGENTIS GYMNASII
Montaniae

Quod satis est, vixi: iam quina decennia natum
Mors rapit, heu! nullus sum, nisi Christe, iuuui.

Obiit anno M. D. LXXIV.

Hoc distichon fato vicinius spiritu & voce alaci tecum.

D. O. M.

Margaris Eltena nec non antistita Vreda
Hic Manderscheidia conditur orta domo
Vicerat ingenio sexum, virtutibus auum,
Rem meritis, morum dexteritate genuit.
Ad voces inopum non ostia surda fuere,
Haud agros vacuâ sinit abire manu.
Tresq; decemq; dies ierat Sol piscibus, horam
Sol tenuit, Martem nox, quodq; Mensis habent.
LVstris bissenIs, tribVs annIs, MensibVs octo.
OCCIDIT eXtInCtIs pLaV DIt In aXe poll.

Obiit Coloniae,
absoluto nono Climacterico,
& mensibus vita octo, die Martis
quarta Martij ante sequentem mo-
diam noctem, hora decima.

DEVS ANIMA AETERNAE SIT SALVS.

AD MINORITAS.
EPITAPHIVM F. IOANNIS DVNSII
Scoti.

Scotia me genuit. Anglia me suscepit,
Gallia me docuit. Colonia me tenet.

18

IN MEDIO CHORO HVMI,
SARCOPHAGO IN AEREA LAMINA
incisum.

Ante oculos saxum Doctorem comprimit ingens,
Cuius ad interitum sacra Minerua gemit.
Iste gradum lector fuluo dabis oscula saxo,
Corpus IOANNIS hæc tenet vrna S. COTI.
Anno milleno ter CCC. cumq; adderet octo
Postremum clausit Letho agitante diem.

IBIDEM.

Ad septentrionem retro tertium Altare.

QVANDO TANDEM?

DEO OPT. MAX. SACR.

GEORGIO CASSANDRO BELGAE Theo-
logo, in perscrutandis sacris Biblijs & expenden-
dis Sanctorum Patrum monumentis atque
sententijs diligentiss.

qui hoc nomine tum pietate, animiq; moderatio-
ne clarus, ab inquietiss. Imperatorib. Ferdinando I.
& Maxim. II. de conciliandis articulis in reli-
gione controversis consultus, & in
aulam adscitus fuit.

Iter autem eò propter podagram, cuius post dolo-
ribus occubuit, suscipere prohibitus, librum de ea
conciliatione per utilem pacis amantibus Eccle-
sijs, ex eorundem Cæsarum auctoritate iussu
mandatoq; confecit.

Viro itaque vario doctrinæ genere
præstanti,

CORNELIVS GVALTERVS GANDAVEN-
Ff 3 sis, stu-

*SIS studior. eius atque peregrinationum socius
individuusque comes populari suo
posuit.*

Vixit ann. LIII. M. v. D. x. H. V.

Obiit i i. Non. Februar. oo. D. LXVI.

*Te viuente, mihi gratissima docte GEORGI
Vita fuit; liceat te moriente mori.*

MORS META LABORIS.

IBIDEM.

DEO IMMORTALI SAGR.

*IOANNI BAPTISTAE TASSIO, ex nobili apud
Bergamas Tassiorum familia, Foeffeni (inclita
comitatus Turolensis ciuitate) nato, qui dum post
multa apud Belgas militaria munia, pro inniciss.
Hispaniarum Rege Philippo præclarè gesta, Præ-
fectus Germanicæ legionis, ad Bonnæ obsidionem
expeditionem agit, ex infidijs plumbæ glan-
dis iictu infeliciter cecidit.*

Monumentum hoc

INNOCENTIVS Pater filio mœstus pos.

Vixit ann. plus minus XXXVI,

Obiit xii. Kal. Maias,

Anno M. D. LXXXVIII.

ANTE ALTARE SVMVM IN
SARCOPHAGO.

*Miles eram Regis, PREINORVM stemmate clara
Ortus, militia nunc si uor etherea.*

Sic nec nobilitas generis, nec firma iuuentus,

Nec vires, nec opes rumpere fata valent.

*Obiit anno M. D. LXXXIX. in profecto SS. Si-
monis & Iudæ.*

AD CARMELITAS.

Matronam piam præstantis viri CONONIS à
VLATTEN Iuliaci Ducatus Consiliarij & Pincer-
ta perpetui coniugem Viduam mors superum
ministra mortalibus eripuit, immortalibus redi-
dit. Animam tulit Deus, carnem & ossa VLAT-
TENI FF. hic condidere, & hoc monumentum
pro erga charam matrem affectu posuere: pro-
inde optime viator, eam cum Christo perpetue
vinere, & æterna requie frui, ne dubita, Heres
quippè regni Dei era, indigna ut diutius insanis
hic bellum multibus exularet, & aurita dulcia lin-
queret arua. Anno Domini M. D. XLIII. Ka-
lend. Maij.

EPITAPHIVM CLARISSIMI VIRI,
IOANNIS CAESARII IVLIACEN-
sis Medicinæ Doctoris, qui obiit
Anno 1551.

Per Magistrum Ioannem Fabritium Bolandum.

Aperto colui Musas studiosus honestas,
Cura quibus vita qualibet huinus abit.
Non mihi diuitias contraxi turbidus amplas,
Contentus modico parcior usque foco.
Ad senium veni celebs, mea tempora cani,
Ornarunt crines, barbaq; cana fuit.
Sed breue momentum videor vixisse, quid inse
Portio temporis hac quantula quæso capis?
Ese Dei verbum Christo doctore colendum
Duxi, quod superat cetera cuncta petens.
Hoc manet æternum florens duntaxat, ab illo.

Ff 4

Per-

Perpetua redit hic grande salutis opus.

Coloniæ in Monasterio fratrum S. Hieronymi ad riuum Salicum, vulgo,
ju Weidenbach.

DVSSELDORPII.

**EPI TAPHIVM SERENISSIMI ILLV-
STRISSIMIQVE PRINCIPIS D. VVILHELMI
Ducis Iuliæ, Cliuiæ, Montium &c. Dusseldorpj
in Collegiata Ecclesia , post summum Altare
sepulti, in infima tumba positum.**

*Quis iacet hic? Dux Iuliacus. Quia stirpe parentum
Cliorum illustri sanguine natus erat.*

*Qua Coniunx? Maria illa fuit? Quo stemmate? magna
Cæsar is ex diuo Cæsare nata soror.*

*Quid coluit Iuuenis? Martem. Quid adulterior annos?
Pacem. Quid semper? Iustitiam atq; Deum.*

*Quo morbo perire? Senio cordisq; dolore.
Qualiter? inuicta spe, stabiliq; fide.*

*Ergo fuit? viuit pars prima. Quid altera? surget
Vnde? ex hoc tumulo. Quando? vocante tuba.*

Iacobus Lom Ruræmundanus p.p.

**NVMERALE ANNVM ET DIEM LAMEN-
tabilis obitus continens.**

**QVIntarenaſCentIs CVM LVX affVIſerat ann.
CLIVensiſ prIncepſ regnabeata petIt.**

ALIV.D.

*IanI qVIntaneCat MartIs bIs qVInta ſepVLChrc
NobILe fert CorpVs prInCipIs heV IVLla.*

ALIV.D.